Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 37

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 68.

Cod. XXXVII.

membran. Fol. min. Saec. 14. ex. 15.

A. 3. 13.

Fr. Mauritii Distinctiones.

Continet distinctiones Fr. Mauritii, id est, quorundam S. Scripturæ vocabulorum communiorum explicationes juxta triplicem vel quatruplicem sensum, ordine alphabethico digestas, concionatoribus illis oportunas valde utiles. Incipit vocabulo Abjectio, in hunc modum: "Circa abjectionem nota qualiter in scriptura sumitur, qualiter dividitur, et quæ abjicienda nobis ostendantur." Finem operi imponit vocabulum Jona. In calce primæ paginæ legitur annus 1431., quo fortasse Codex noster Universitati vindobonensi traditus est; in fine totius operis autem: Explicciunt distinctiones fris Mauricy.

Mauritius sive Anglus sive Hispanus, ord. vel Prod. vel Minor.: de his enim disceptatur: hasce distinctiones elucubrasse dicitur circa annum 1290. Vid. Oudin. T. 3. p. 372. Quetif T. 1. p. 484.

M. Epis

Conradus de Hildes. Heim.

In ultima codicis columna manu aliena sed coæva hæc adjecit: "Anno Domini M. CCCC. XX. Martino V. apostolicæ sedi præsidente in die S. Apollinis M. bonæ memoriæ magister Conradus de Hildensem presbyter et canonicus Ecclesiæ S. Johannis Ratisponæ, ibidem in ambitu cathedralis Ecclesiæ prope januam cappellæ omnium sanctorum sub lapide marmoreo tumulatus. Hic ob insignia sua scilicet licentiam in decretis et Baccalariatum in Theologia quæ in Universitate vienensi accepit, hunc suum librum scilicet Distinctio

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 37

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 69.

„ nes fris Mauricij et alium scilicet Crisostomum super
„ Matheum eidem alme Universitati est testatus, sic ut
„ ad utilitatem in eis studere volentium in liberaria
„ magistrorum Collegii Ducalis perpetuis temporibus reserven.
„ tur, Hoc ab uno Testamentariorum suorum hic sunt scrip.
„ ta ut ad noticiam perveniant posterorum. Orate ꝑpter
„ Dominum pro eo."

Hic Conradus de Hildensem [: Hildesheim :] idem est, de quo Andreas Ratisbonensis in Chronico ad annum 1469. hoc scribit: "Albertus [: Episcopus Ratisbon. :] perpendens quod
„ Magister Conradus de Hildeshaym licentiatus Decretorum
„ presbyter et Cappellanus S. Georgii secus pontem Ratispone
„ juristа civium pecunia, quam a Domino acceperat in
„ sudario, hoc est per certa dona sub otia lenti corpois
„ abscondere nollet, ordinavit ut legeret in jure Canoni
„ co in aula sua Episcopali quod et factum est."

Cod. XXXIX. deest

v. 124

M. T. Ciceronis Epist. ad Famil.

Membran. Fol. min. Soc. 15.

Comprehendit M. T. Ciceronis libros XVI. Epistolarum ad familiares, elegantissimo charactere Scriptos. Has Epistolas Klotzius exhibet Tom. 7. edit. Opp. Cicer. Genevæ, 1768. 4. Quæ in editione idiomate græco leguntur, in codice nostro omissa sunt, spatio tamen ad supplendum relicto. Cæterum variantes lectiones non infimi momenti obvia quavis inspectio detexit.

Vgl. Großen Katalog!

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 37

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=1735

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)